

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi imperante domino nostro Constantino magno imperatore anno tricesimo quarto sed et romano magno imperatore anno vicesimo primo die vicesima tertia mensis septembrii indictione quintadecima neapolim Certum est nos iohannem filium quidem lupi asinarii una cum consensu gregorii et leoni seu stephani filiis meis: a presenti die promptissima voluntate venundedimus et tradidimus tibi domino iohanni filio quidem domini theofilacti idest integra domucella nostra quod est inferiora et superiora super se et cum aheribus et aspectibus quamque cum introitum suum per regia comune et omnibus sivi pertinentibus constitutum autem intus anc civitatem neapolis in vico publico qui nominatur birginum regionis summa platea (1): de quibus nihil nobis exinde aliquod remansit habente finis ab uno latere domum ecclesie sancti pauli sicuti inter se exfinat paries et de uno capite a parte occidentis coheret domum campuli sicuti inter se paries exfinat: et ex alio latere coheret domum ursi leborani et de quidem eufimia coniux eius et ex alio capite a parte orientis coheret nominatus bicus publicus unde ibidem per iam dicta regia comune introitum habere debeatis tu nominato domino iohanne et tuis heredibus simulque et nominato urso leborano et nominata eufimia coniux eius et suorum heredibus et av odierna die et deinceps prenominata nominata domucella nostra integra quod est inferiora cum superiora et cum tigelis coopertum quamque cum aheribus et aspectibus et cum introitum suum per iamdictum vicum publicum et per nominata regia comune et omnibus sivi pertinentibus de qua nihil nobis exinde

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno trentesimo quarto di impero del signore nostro Costantino grande imperatore ma anche nell'anno ventesimo primo di Romano grande imperatore, nel giorno ventesimo terzo del mese di settembre, quindicesima indizione, **neapolim**. Certo è che noi Giovanni, figlio di Lupo Asinario, con il consenso di Gregorio e Leone e Stefano figli miei, dal giorno presente con prontissima volontà abbiamo venduto e consegnato a te domino Giovanni, figlio invero di domino Teofilatto, vale a dire per intero la casetta nostra cioè i piani inferiori e superiori, con le luci e le parti esterne, nonché con il suo ingresso mediante una porta comune e tutte le cose ad essa pertinenti, sita poi in questa città di Napoli nel vicolo pubblico chiamato **birginum** della regione **summa platea**, di cui quindi niente a noi rimase, avente come confine da un lato la casa della chiesa di S. Paolo, come una parete delimita fra loro, e da un capo dalla parte di occidente confina con la casa di Campulo, come un parete delimita tra loro, e da un altro lato confina con la casa di Urso Leborano e invero di Eufemia sua coniuge e da un altro capo dalla parte di oriente confina con il predetto vicolo pubblico, dove ivi per la già detta porta comune devi avere l'ingresso tu anzidetto domino Giovanni ed i tuoi eredi ma anche il predetto Urso Leborano e la predetta Eufemia sua coniuge ed i loro eredi. Dal giorno odierno e d'ora innanzi la predetta casetta nostra, cioè i piani inferiori e superiori e la copertura di tegole nonché le luci e le parti esterne e con il suo ingresso per l'anzidetto vicolo pubblico e per la predetta porta comune e tutte le cose ad essa pertinenti, di cui niente dunque a noi rimase o riservammo né, che non accada, affidammo o affidiamo ora in potere di

aliquod remansit aut reservavimus nec in alienam cuiusque personam quod absit commissimus aut iam commictimus potestate Quatenus et per nominatas coherentias tivi eas insinuavimus sicut superius legitur a nobis tivi sit venundatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem quidquid exinde facere iudicareque voluerit av odierna die semper liberam habeatis potestatem: et neque a nobis nominato iohanne filio quidem nominati lupi una cum consensu nominati gregorii et leoni seu nominati stephani filiis meis nec a nostris heredibus neque a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu nominato domino iohanne emptor nec heredes tuis quod absit abeatis exinde aliquando tempore quacumque requisitionem aut molestiam a nunc et in perpetuum ac perennis temporibus: insuper et ab omni homine omnique persona homni tempore nos et heredes nostris tivi tuisque heredibus hec omnibus nominatis quas tivi venundavimus ut super legitur in omnibus antestare et defensare promictimus sine omni tua heredumque tuorum damnietatem nullam mictentes occansionem: pro eo quod accepimus a te exinde in presentis in omnem decisionem seu deliberatione idest auri tari decem et octo sicut inter nobis convenit: Insuper promictimus nos nominatis germanis quia omni tempore nos et heredes nostri tivi nominato domino iohanne et at tuis heredibus exinde desuper tollere promictimus omnes germanas nostras et suarum heredibus sine omni tua heredumque tuorum damnietate quia ita nobis stetit: Quod si aliter provenerit de his omnibus nominatis que a nobis tivi venundatas et traditas seu promissa leguntur aut quobis tempore nos vel heredes nostris contra hanc chartulam ut super legitur venire presumerimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis

qualsiasi altra persona, fin dove per i predetti confini ti abbiamo comunicato come sopra si legge, da noi sia venduta e consegnata a te e sia dunque potestà tua e dei tuoi eredi di fare e giudicare qualsiasi cosa vogliate e dal giorno odierno ne abbiate sempre libera facoltà e né da noi predetto Giovanni figlio dell'anzidetto Lupo, con il consenso dei predetti Gregorio e Leone e Stefano, figli miei, né dai nostri eredi né da persone a noi subordinate in nessun tempo mai tu predetto domino Giovanni compratore né i tuoi eredi, abbiate mai, che non accada, qualsiasi richiesta o molestia da ora e in perpetuo e per sempre. Inoltre noi ed i nostri eredi promettiamo di sostenere e difendere in tutto, in ogni decisione e discussione, senza qualsiasi danno per te ed i tuoi eredi e non mancando alcuna occasione, da ogni uomo e da ogni persona in ogni tempo, te ed i tuoi eredi per tutte le cose anzidette che ti abbiamo venduto come sopra si legge per quello che dunque in presente abbiamo accettato da te vale a dire diciotto tarenii aurei come fu tra noi stabilito. Inoltre noi predetti fratelli promettiamo dunque a te predetto domino Giovanni ed ai tuoi eredi che in ogni tempo noi ed i nostri eredi di allontanare da lì tutti i nostri fratelli ed i loro eredi senza alcun danno per te o i tuoi eredi poiché così fu tra noi convenuto. E se diversamente scaturisse da tutte queste cose anzidette che si leggono vendute e consegnate o promesse da noi a te o se in qualsiasi tempo noi o i nostri eredi osassimo contrastare questo atto come sopra si legge e in qualche cosa arrecassimo offesa in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora noi ed i nostri eredi paghiamo come ammenda a te ed ai tuoi eredi sedici solidi aurei di Bisanzio e questo atto di vendita, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del curiale Gregorio per la predetta indizione. ✠

Questo è il segno ✠ della mano del

<p>modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredes nostri tuisque heredibus auri solidos sedecim bytianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis per nominata indictione ✕ hoc signum ✕ manus nominati iohannis hoc signum ✕ manus nominati gregorii et leoni seu nominati stephani filiis suis quod ego qui nominatos ab eis rogatus pro eis subscripsi et nominati tari traditos vidi ✕</p> <p>✕ ego cristoforus filius domini mauri medici rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi ✕</p> <p>✕ ego sergius filius domini theodosii tribuni rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi ✕</p> <p>✕ ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi ✕</p> <p>✕ ego gregorius curialis post subscriptionem testium complevi et absolvi die et indictione nominata quintadecima ✕</p>	<p>predetto Giovanni. Questo è il segno ✕ della mano del predetto Gregorio e di Leone e del predetto Stefano, figli suoi, che io anzidetto, richiesto da loro, per loro sottoscrissi e vidi consegnati i predetti tarenì. ✕</p> <p>✕ Io Cristoforo, figlio di domino Mauro medico, pregato dalle soprascritte persone, come teste sottoscrissi e i vidi consegnati i soprascritti tarenì. ✕</p> <p>✕ Io Sergio, figlio di domino Teodosio tribuno, pregato dalle soprascritte persone, come teste sottoscrissi e i vidi consegnati i soprascritti tarenì. ✕</p> <p>✕ Io Giovanni, figlio di domino Sergio, pregato dalle soprascritte persone, come teste sottoscrissi e i vidi consegnati i soprascritti tarenì. ✕</p> <p>✕ Io curiale Gregorio dopo la sottoscrizione dei testi completai e perfezionai nel predetto giorno e nella predetta quindicesima indizione. ✕</p>
--	--

**Note:**

(1) *Vicus hic Birginum sive Virginum, qui hodieum nostra in urbe extat, inter eos recensendus est, qui plurima temporum vetustate commendantur. Ipse quidem fuit in suburbio, qui Virginum item appellabatur, et cuius simul cum vico meminit S. Sebastiani repertorium. Etsi vero nullam huius vici mentionem habuerit Tutinus, cum Summae Plateae Regionem, eiusque vicus describeret, ipsum tamen ad Regionem hanc spectasse nos praesens edocet membrana. Undenam vero tum vicus, tum suburbium nomen duxerit, et quodnam incolarum genus antiquiori aetate exceperit, e Martorellio discere proderit, qui (*Thec. calam. l. II. c. VI. p. IV. pag. 665*) inquit: *Utinam divinare possem, quam urbis nostrae regionem Eunostidae occuparint; verum ne rem silentio premam, et ne te aliquid scire velle curiosum relinquam, dicerem oportuisse ut Eunostidae eorumque fretriaci aliquanto longius ab urbe locum sibi elegerint, ut ab feminarum frequentia et petulantia sibi caverent, quare in aliquo nostrorum suburbiorum eos sisterem. Cum autem antiquius pomerium urbi quae proximius haud dubie sit illud, quod extra S. Ianuarii portam ad vetera Neapolitanorum admirandi operis sepulcra excurrit, inibique etiam non una temporum aediumque vetustarum rudera invisantur, id omne spatium sane incoluisse Eunostidas conicere mihi fas sit. Praeterea si verum est quasdam inferioris aevi ignotas locorum nomenclaturas remotioris vetustatis reliquias esse, rem vere me assecutum gaudeo; etenim hoc προαστειον multis abhinc saeculis vocitatum esse novimus Borgo de' Vergini, atque eo nomine adhuc celebrari; quare haud scio, an quis meliora expromserit, nisi fateatur, ideo hoc pomerium ita appellitari, quod fretriaci αγαμοι, et virginittatis amantes tenuerint Deo Eunosto liberius sacra peracturi. Ita sane sese rem habuisse, ut divinare conatus fuit Martorellius, dein patefactum est luculentissimo testimonio litterati lapidis in eodem vico anno 1790 effossi. Verum Nicolaus Ignarra (*De neapolit. fratr. cap. II.*), Martorelli**

sententiae adversatus inibi non Eunostidas habitasse, sed horum sepulchretum extitisse, ac suburbium appellatum fuisse *Borgo de' Vergini* a Diva Maria Regina Virginum contendit.